



*poena rebellium*

*Turchi transsiluaniam ingressi & capta paulo supra*

*Paulus Virgerij obitus opa Virgerij*

*Qui ex hungaris & turca humanitas fecerit & qui clari hnt*

*Walachia*

expugnauit Rebellium civium alios oculos eruit. Illis manus amputavit. Illis necesse gladio intulit. opidum incendio deletum. Ingressi sunt paulo post transsiluaniam Turchorum circiter tria milia praedamque magnam abegerunt pecorum atque hominum. Quos inssecuti Sibinienses et ipsi theutonones ad interitum nem usque deleverunt: victoresque praeda recuperata domum rediere. Turca civitatem introierant. cum michael ex alia parte haud parvas ducens copias affuit. civitati exitum parans. Quae bistricensibus adversum se opem tulisset. Sed cum Sibinienses intra munitissimam urbem se continere frustrati delirio suo minabundum recessit. apud hungaros obiit etate nostra paulus Virgerius Justinopolitanus grecis ac latinis literis apprime instructus. Cuius plura erant opera aberudicata. Strianns qui alexandri magni gesta greco sermone descripsit latinus ab eo redditus est hortatu Sigismundi Cesaris. Scripsit de ingenuis moribus grecas ac barbaras amicitias compavit. adversus Malactam qui maronis statuam in foro Mantuano deiici iusserat nobile inuectivaz edidit ex hungaris qui studia humanitatis secuti evo nostro claruerunt duos novimus. Johannem episcopum Taradiensem qui regni cancellariam obtinuit. et alterum Johannem eius ex sorore nepotem qui sub Barnimo Veronensi grecas ac latinas literas didicit nec minus versu quam soluta valet oratione. horum tamen originem silauonicam ferunt. Scientiam Juris plurimum professi sunt. Inter quos dyonisius excelluit gente Lanysia natus. Qui strigoniensem sortitus ecclesiam honorem quoque cardinalatus. ut ante diximus emeruit. In remilitari Nicolaus Jayuoda transsiluanus. Michael Ursati et qui talium inuasit pagani nomine adepti sunt. Nunc clarus habet Michael Bilagi. Ex aliena ruina magnus. Johannes huniadis. cui nomen ceteros obnubilat non tam hungaris quam valachis. ex quibus natus qui natus erat graecus auerit. Walachia perquam lata regio est a transiluanis incipiens usque in Eurimum protensa pelagus. plana